

FROWINUS

ABBAS COENOBII MONTIS ANGELORUM APUD HELVETIOS

NOTITIA

(D. MABILLON., *Annal. Bened.*, t. VI, Append., p. 657)

In percelebri monasterio Einsidensi inter alia duos codices invenimus, opera continentia Frowini monachi primum Einsidensis, dein abbatis in Monte Angelorum apud Helvetios Subsilvanos post sanctum Aldhelnum, qui primus loco praesuit a conditione caenobii per beatum Conradum facta sub anno MCXIV. Primus codex in-quarto, ut vocant, expositionem in Orationem Dominicam complectitur : secundus in-folio, libros septem De laude liberi arbitrii, uti opus suum inscribit auctor ipse, seu potius de praecipuis theologiis questionibus, quas Frowinus erudit, solide, et pro tempore eleganter pertractat. Adversus quorundam errores novitatum, fortasse adversus Petrum Abaelardum. Eodem quippe tempore Gerhonus, Reichersbergensis in Bavaria praepositus, Opusculum contra discipulos Petri Abaelardi scripsisse memoratur. Quo minus mirandum, si ad Helvetios hujus sectae fama penetraverit, et Frowinum id scribendum impulerit. Optandum esset, ut nostri Einsidenses, quorum maxime interest, et qui postremum hoc opus jam descriptum, ac prelo paratum habent, suis typis illud emitterent in lucem. Interim prologum Frowini in expositionem Orationis Dominicæ, itemque præfationem in libros septem De libero arbitrio cum capitulationibus hic edimus in quamdam prægustationem futuræ editionis. Initio sequentes versus præmittit auctor.

Vive precor Berhtolth, tibi sit Dominus rogo filiolt (1).

A te quod liber sim, docet iste liber.

Hunc librum vovi, nunc promissum tibi solvi.

Jus est, si sapias, gratus ut accipias.

INCIPIT PROLOGUS FROWINI ABBATIS IN MONTE-ANGELORUM IN EXPLANATIONEM DOMINICÆ ORATIONIS.

Quamvis sim labilis memorie, tenaciter tamen memini tuam dulcissimam dilectionem, o venerabilis presbyter Berhtolde, a mea parvitate exegisse, quatenus ingenioi mei capacitatem in explanatione Dominicæ Orationis ostenderem, qua de re diu et multum apud me hæsitatum est. Deliberavi enim utrum satius esset charitati petentis obedire, et ob hoc morsibus invidorum patere; an quod jusserit charitas denegare, et ob hoc Deum charitatem forsitan offendere. Verum in ea constituit tandem animus meus sententia, qua tutius esse judicavi Deum placatum habere, quam obloquentum patere livori. Itaque hoc statui illicet sciens, manus in

A flaminas mittere, id negotii quod mihi imponeres, aggrederer, non nova, sed quæ a Patribus de Dominicæ Oratione, licet sparsim dicta sint, aliqua colligerem. Quapropter tua refert orare, quatenus propitia Divinitas adjuvet perficere, quod inspiravit velle. Igitur quam sufficiens, quam conveniens sit ea quæ dicitur Dominicæ Oratio, licet tenuerit, tamen elucidare pro captu meo operam dabo.

Nemo nescit homo, Deum hominem cum libero arbitrio condidisse, etc.

(In fine, *Explicit liber explanationis Frowini abbatis.*

Hoc precor, hoc kortor, dic devota prece lector,
Felix Frowinus quod sit, agat Dominus.

Ut verum lumen cælestis daret sibi numen,
Hujus scripta libri nam studuit fieri.)

(1) Id est multum amicus Germanice.

EJUSDEM FROWINI

DE LIBERO ARBITRIO AD ADELBERTUM MONACHUM LIBRI VIII

*Has Frowin chartas electo dogmate farta
Fecit conscribi : fac bene, Christe, sibi.*

INCIPIT PRÆFATIUNCULA SEQUENTIS OPERIS. B ingenii agilis acumine validum, et gratiæ adjuvantis Desiderio tuo, frater Adelberte, morem gerere curavi, ob eam vel maxime causam quod te et lumine fretum, indagandæ veritatis studiis invigilare perpendi. Hoc itaque opusculum congessi, excerptum PATROL. CLXXIX.

de scriptis eorum, qui vel nostra, vel priori claruerunt ætate doctorum. In quo eos inserere sententias de libero arbitrio, atque de aliis quæstionibus sategi, quas tuo arbitrio acceptissimas, quasque adversus errores quorundam de novitatum suarum adinventionibus gloriantium validissimas credidi. Codicis vero hujus titulum prænotare volui, *De laude liberi arbitrii*, propterea quoniam totus ad eum refertur finem, ut commendet quanta gloria præ cæteris viribus, quas ab artifice suo Deo rationalis natura sortita est, prædictum divinitus sit liberum arbitrium. Quæ tamen communis intentio laudis, quia divisas materias habet, placuit per partes dividere ipsum libellum, tum ut legenti fastidium minueretur, tum ut facilior eluceret intellectus, cum per singulas distinctiones et animus respiret, et respirando renovatus redintegretur ad ea quæ restant. Prima ergo pars continet quid sit liberum arbitrium : et sicubi loquitur de corruptione ejus, non ideo obliscitur sui propositi. Nam ubi vitium vituperatur, integritas atque virtus e contrario extollitur. Secunda demonstrat, quod libero arbitrio, et in præsenti, vel tenuiter perspiciat Deus, et in futuro etiam non nisi libero arbitrio feliciter agnoscatur. Tertia in eo extollit liberum arbitrium, quod ostendit ipsum posse de omnibus aliis judicare, et a nullo judicari : et quod in ipso versetur omnium scientia disciplinarum. Quarta comparat duas vires liberi arbitrii duabus uxoribus Jacob, filiosque ejus virtutibus rationis et voluntatis, aliaque multa de eadem re. Quinta attribuit ei imaginem Dei, et speculum per quod investigandus est Creator ejus. Sexta erudit ipsum ad speculandam substantiam Dei. Septima dirigit ipsum in viam fidei, qua redeat ad patriam speciei. Quoniam igitur codex iste demonstrat omnem tam scientiam quam sapientiam, justitiam et beatitudinem consistere, atque fundari in libero arbitrio ; idcirco eum intitulavi *De laude liberi arbitrii*. Multa quippe unde laudabile appareat ei attribuit. Sed quia in minimis quoque rebus divinum invocandum est præsidium, quo prætermisso nullum rite fundatur exordium, ante omnia precor, quatenus adsit mihi scribenti ejus veritas, cuius ut scribere velle fecit Dei charitas.

INDEX CAPITULORUM LIBRI I.

- CAPITULUM I. Quid sit liberum arbitrium, et quod tribus modis accipiatur voluntas.
- CAP. II. Quod voluntas instrumentum simplex, voluntas affectio duplex, voluntas usus sit multiplex.
- CAP. III. Unde discerni queant tres illæ voluntates.
- CAP. IV. Quod quamvis dicatur facere voluntas instrumentum omnia opera hominis, Deus tamen verius dicatur, qui omnia operatur tribus modis.
- CAP. V. Quomodo differant duæ voluntates, quæ sunt affectiones.
- CAP. VI. Quod ex duabus voluntatibus, quæ sunt affectiones, procedant omnia merita bona vel mala.
- CAP. VII. Unde voluntas tam prona sit ad malum,

- A cum non fuerit sic creata, et quid in homine honor Dei.
- CAP. VIII. Quod voluntas, deserta justitia, per se nequeat redire ad justitiam.
- CAP. IX. Qua voluntas sit liberum arbitrium
- CAP. X. Definitiones liberi arbitrii diversæ, et earum rationes subjunctæ.
- CAP. XI. Quod nulla substantia, vel actio, vel aliqua essentia sit justa nisi justitia, neque injusta, nisi injustitia ; et quod nihil puniatur vel delectetur nisi voluntas.
- CAP. XII. Quid Deus vel homo habeat in bonis vel in malis operibus.
- CAP. XIII. Quare lauetur rationalis natura de sua justitia.
- CAP. XIV. Quod iniquitas nihil sit, neque faciat aliquid, licet causa sit quod mala opera sint.
- CAP. XV. Quid sit malum, et quod sint duo mala.
- CAP. XVI. Quod Deus non puniat hominem pro nihil.
- CAP. XVII. Quod non sint exorta nisi a bonis, nec esse possint nisi in bonis, mala.
- CAP. XVIII. Definitiones affectionum et auctoritates de eadem re; ad probandum, quod voluntas per se non sit mala ; et quod idem motus, non tamen cum eadem forma, sit virtus et vitium ; et quædam de causis et perturbationibus animi ; et quid valeat confessio, et quod virtus non bedatur, nisi vitio suo contrario.
- CAP. XIX. Quod misericordia vel ira Dei inclinetur voluntas hominis ad mala vel bona.
- CAP. XX. Quod bonum sit, non sola bona esse, sed etiam mala, et quod non sit contrarium Dei voluntati, etiam quod sine voluntate Dei agitur.
- CAP. XXI. Numeratio bonorum, quæ sunt a Deo.
- CAP. XXII. Quomodo Deus per opera sua cognoscatur, et quam utilis sit haec cognitio.
- CAP. XXIII. Quod originale peccatum sit absolute peccatum.
- CAP. XXIV. Qua ratione infantes sulijaceant peccato et malo Adæ, et qua justitia Christus inde excusat.
- CAP. XXV. Quare dicatur originale peccatum, et quid sit.
- CAP. XXVI. Quomodo infantes concepi mox habere peccatum dicantur, cum tamen peccatum in nella parte hominis sit, nisi in rationali voluntate, quam nondum habent.
- CAP. XXVII. Quomodo intelligatur homo perdidisse liberum arbitrium, cum sit naturale homini.
- CAP. XXVIII. Quomodo amiserit primus homo libertatem a peccato, et a miseria, cum nequeant amitti postquam habitæ fuerint, et unde sit ille defectus, ut non faciamus, quæ volumus. Et quid perfectio voluntatis sufficit ad omnem bonum.
- CAP. XXIX. Quod in tribus libertatibus continetur imago et similitudo Dei ; et quod libertas arbitrii semper sit æqualis, ceteræ duæ alibi et alibi inæqualiter habeantur.
- CAP. XXX. Quod voluntas a nullo penitus cogatur, nisi forte a se ipsa, et ad quid dicatur liberum, id quod dicitur liberum arbitrium.
- CAP. XXXI. Quod gratia statuat, non evanescat liberum arbitrium, et quod Deus tripliciter operetur salutem humam, et ubi sit meritum hominis.
- CAP. XXXII. Quod nonnulli accipiunt veram dilectionem Dei, sed non accipiunt perseverantiam in ea.
- CAP. XXXIII. Quæstio, si primus homo non habuerit perseverantiam, quomodo sine vitio fuerit.
- CAP. XXXIV. Qualem gratiam primus homo accepit : et, quia sunt diversa adjutoria, et diverse libertates voluntatis, et diverse potestates perseverantiae.
- CAP. XXXV. Quare nonnulli, qui vere sunt justi, non accipiunt donum perseverantie.
- CAP. XXXVI. Argumentum necessarium, quod bona

voluntas sit a gratia Dei; et quod sine bona voluntate nihil salubre a Deo accipimus, vel habemus; et qua ratione bona opera sint nostra merita, cum non sint nisi de munere Dei.

CAP. XXXVII. De concordia liberi arbitrii et præscientiæ Dei.

CAP. XXXVIII. De concordia liberi arbitrii et prædestinationis Dei.

CAP. XXXIX. Quæstio, si fides sit in nostra potestate: quid sit in nostra potestate esse:

CAP. XL. Quæstio, an possit homo in hac vita sine peccato esse, licet nullum extet ejus rei exemplum.

LIBRI II.

CAP. I. Quæritur, quomodo noverimus justitiam et beatitudinem, cum nemo ex sola fide possit amare quod ignorat.

CAP. II. Multæ auctoritates sanctorum Patrum, quod Deus etiam in hac vita videatur.

CAP. III. Differentia inter credere et videre.

CAP. IV. Definitur quid sit scire; et diligens inquisitio, utrum Deus modo tantum creditur, an etiam sciatur.

CAP. V. Quid in sanctis, quos non videmus, diligamus.

CAP. VI. Quod qui diligit fratrem, necesse est diligat ipsam dilectionem, et ob hoc Deum, quia Deus est dilectio; et ideo novit et videt Deum, quoniam novit et videt dilectionem.

CAP. VII. Quod ex dilectione, quæ Deus est, diligatur Deus et proximus, et quod fides non faciat diligere Deum, tanquam omnino non cognitum et non dilectum, sed quem cognovimus et dileximus, faciat amplius cognoscere et diligere.

CAP. VIII. Quod in eo bono quod Deus est, videamus nihil esse potuisse, nisi esse debuerit.

CAP. IX. Quod etiam impii videant aeternitatem; et regulis veritatis, quæ Deus est, multa judicent recte.

CAP. X. Quare non simus beati, cum videamus Deum, quod est beatitudo.

CAP. XI. Quod omnes scient beatitudinem, sed ubi sit, non omnes scient, et quis sit beatus.

CAP. XII. Quæ sit imago Dei in homine, et quod perfectio ejus sit vita æterna.

CAP. XIII. Quid sit bonum hominis, et quod illud sit triplex, et quomodo perdatur verus hominis honor.

CAP. XIV. De ingenio hominis.

CAP. XV. Quod quidam stulte sibi pollicentur magorem beatitudinem, quam ipse Deus.

CAP. XVI. De verbis sancti Augustini, quibus non nulli inconsiderate affirmant, justos in futuro Dei regno Deum visuros corporeis oculis.

CAP. XVII. Inducitur S. Augustinus ponens et expōnens dicta S. Ambrosii de eadem quæstione.

CAP. XVIII. Argumenta S. Augustini contra illos qui putant Deum videndum corporeis oculis.

CAP. XIX. Contra eos qui dicunt sententias sancti Hieronymi et S. Augustini, quæ ponuntur de futura Dei visione probanda, accipiendas de præsentis vita Dei visione.

CAP. XX. Sententiæ Cassiodori et Hieronymi de visione Dei futura.

CAP. XXI. De quæstione, et quæ per se prædicata conjunctim etiam ponuntur, et e converso.

CAP. XXII. Divisio interrogationis.

CAP. XXIII. Divisio responsionis.

CAP. XXIV. Quid sit determinatio, et ubi apponenda.

CAP. XXV. Quid sit confirmatio, et controversia, et quid proprie sit argumentum.

CAP. XXVI. Divisio argumenti, et quæ oratio sit argumentatio.

CAP. XXVII. Divisio argumentationis.

CAP. XXVIII. Divisio quædam logicæ, et quæ affirmatio et negatio proprie sint oppositæ.

A CAP. XXIX. Divisio locorum, et eorum quædam expositi.

CAP. XXX. Sententia eorum, qui dicunt, genera et species, esse non solas voces, sed etiam res.

CAP. XXXI. Oppositorum definitio, et quorundam locorum explicatio.

CAP. XXXII. De sophismatibus

CAP. XXXIII. De propositione, et veritate, et falsitate.

CAP. XXXIV. Divisio propositionis, et expositi.

CAP. XXXV. De modalibus propositionibus, et etiam de aliis.

CAP. XXXVI. De regulis inferentiarum.

CAP. XXXVII. De syllogismorum dispositione et resolutione.

CAP. XXXVIII. De syllogismorum confirmatione, confutatione, et de multiplici veritate et justitia ac libertate arbitrii.

CAP. XXXIX. Quædam descriptio rerum, cum quibusdam naturis propositionum.

LIBRI III.

CAP. I. Sententia doctissimi Boetii de quatuor virtutibus comprehendendi, quæ sunt in homine.

CAP. II. Sententia S. Augustini de tribus generibus visionum, quæ significantur tribus cœlis.

CAP. III. Distinctio earumdem visionum per convenientia vocabula.

CAP. IV. Quod Deus moveat omnem creaturam occulta potentia.

CAP. V. De animali motu, atque naturali, ac sensu.

CAP. VI. Quod quinque sensus corporis secundum quatuor elementa distinguuntur.

CAP. VII. Quod corporalis visio referatur ad spiritualem, spiritualis ad intellectualem.

CAP. VIII. De discernenda corporali, et spirituali visione.

CAP. IX. Quod imagines corporum in spiritu aliquando significant, aliquando non; et quod spiritus hominis ac dæmonis quandoque ita misceantur, tanquam sint unus spiritus; et interdum difficile discernatur, utrum bonus an malus spiritus assumat spiritum hominis.

CAP. X. Quod corporali ac spirituali visione, non intellectuali fallant immundi spiritus.

CAP. XI. De consensione somniantium.

CAP. XII. Quod rerum, quæ sentiuntur, mox imago fiat in spiritu, præstantior omni corpore, non corpore tamen, sed spiritu in se eas formante.

CAP. XIII. Quod memoria servet imagines corporum, generatum ac distincte, quolibet sensu ingestas.

CAP. XIV. Unde accidat animæ causa videndi ea quæ non ei per sensum ingeruntur ac nuntiantur.

CAP. XV. Quod visio corporalis non fiat sine spirituali, sed spiritualis sine corporali fieri possit; intellectualis vero utramque judicet.

CAP. XVI. Quod anima proprio vitio illudatur rerum similitudine, et divini muneris esse, quando discernuntur ab ipsis corporibus.

CAP. XVII. Quod intellectuali visione cernatur perspicua veritas, et beata vita in fonte suo bibatur, et quod ibi ore ad os cum Deo loquaintur; et quod Deus ipse sit lumen animæ, et quod ibi sit paradisus paradisorum.

CAP. XVIII. Quod ista tria genera visorum maneant etiam in futuro sæculo; et quod beatæ creature non nisi intrinsecus adjuventur ut sint sapientes ac beatæ.

CAP. XIX. De gloria liberi arbitrii, et sapientiæ quædam descriptiones.

CAP. XX. Alia definitio sapientiæ.

CAP. XXI. Divisio philosophiæ, et quædam annotationes-partium ejus.

CAP. XXII. Ad quid sit necessaria logica, et quam subtiliter res perpendat, et quædam de rhetorica.

CAP. XXIII. Quod oculis liberi arbitrii illuminandus A sit sapientiae disciplinis, et nonnulla etiam de computo ibi apponuntur.

CAP. XXIV. Assertio S. Augustini, quod disciplinæ disputandi ac numerandi, atque eloquentiæ valde sint necessariæ; et quod non ab hominibus instituta, sed tantum animadversæ sint, atque notatae; et quod eas, non imagines earum, sed res ipsas gerat memoria, aliaque multa, atque ipsius incommutabilis veritatis notitiam.

CAP. XXV. De octo vitiis, et de scopo, ac telo, et de examine cogitationum.

CAP. XXVI. De bis septem partibus beatitudinis.

CAP. XXVII. De perturbationibus animi.

LIBRI IV.

CAP. I. De ratione et voluntate, ac de officiis eorum.

CAP. II. Quid significant duæ uxores, duæque concubinæ Jacob, et liberi earum.

CAP. III. Qund Joseph significet cognitionem nostri, B et Benjamin cognitionem Dei.

CAP. IV. Qund nemo, si neque zetas, neque possibilis intendi libero arbitrio desit ei, salvari possit, et nullus prælaus esse debeat sine prudentia et benevolentia: quod sine his duabus virtutibus inefficax sit oratio.

CAP. V. De officio humilitatis, et fructu veritatis.

CAP. VI. De ædificatione Salomonis, et triplici materia modoque domus ædificande.

CAP. VII. De tribus animæ visionib; et qualior scientiæ omnes scientias continentibus, et quod omnis humana philosophia longe dispar est sacra Scriptura.

CAP. VIII. De convenientia Verbi Dei, et rationalis animæ.

CAP. IX. De studiis amantium, quod ignorant, di scere; quod non expeterent, si penitus ignorarent.

CAP. X. Quare se mens non cognoscere dicatur, C cum se nunquam nescierit.

CAP. XI. Quid sit, quod ei præcipitur, ut se cognoscat.

CAP. XII. De quibus certa sit mens, et quæ vita ejus culpabilis.

CAP. XIII. Per quid recedat mens a Deo, et quæ sit vis amoris.

CAP. XIV. Tria esse in anima, quæ sunt unum, mentem, et notitiam, et amorem sui.

CAP. XV. Quod mens, et notitia, et amor et singula in se maneant, et omnia in omnibus.

CAP. XVI. De amante, et amato, et amore.

CAP. XVII. Quomodo nascatur verbum inentis.

CAP. XVIII. Differentia quædam spiritualis et carnales amoris.

CAP. XIX. Quid sit verbum mentis.

CAP. XX. Quæ fuerit causa beatitudinis bonis angelis, et miseris malis; et quomodo videantur privationes; et quod non sit efficiens causa male voluntatis; et quod ipsa sit initium omnis mali; et de casu diaboli: quod sit liberum arbitrium, et etiam gratia Dei.

CAP. XXI. Quod notitia secundum speciem sit similia rei et æqualis, cum res cognita neque superior, neque inferior sit cognoscente.

CAP. XXII. Cur amor mentis non sit proles ejus, sicut notitia sua.

CAP. XXIII. Quid ad se dicantur, et quid ad aliud referantur, memoria, intelligentia, voluntas; et quod æqualia sint tota singula totis, et tota singula simul omnibus totis.

LIBRI V.

CAP. I. De quærenda imagine Trinitatis, etiam in his quæ anima ex sensibus corporis cognoscit.

CAP. II. De visibili, et vidente, atque visione.

CAP. III. Quanta violentia ferat, et referat aciem

mentis formandam, conjungatque formatam voluntas, et similitudo exterioris interiorisque visionis.

CAP. IV. Quæ sint innoxiae cogitationes, et quod trinitas exterioris hominis non sit imago Dei, licet aliquatenus similis ei sit, et quod voluntas non parens, nec proles sit visionis.

CAP. V. De fine voluntatis.

CAP. VI. De trinitate, quæ sit, cum ex memoria formatu acies animi.

CAP. VII. De multiplicatione trinitatis, quæ ex re cordatione gñitorum.

CAP. VIII. Quod voluntas quasi parentem cum propter copulet, et quod sint duæ visiones, et duæ trinitates, a specie corporis usque ad cogitationem.

CAP. IX. Unde fiat quod falsa cogitemus, licet non cogitemus, nisi quod meminimus; neque memorerimus nisi quod sentimus, neque sentiamus nisi vera, et quæ sunt.

CAP. X. Quod ad memoriam mensura, ad visionem numerus, et ad voluntatem pondus pertinere videtur.

CAP. XI. Quid nobis sit et pecoribus, quid etiam proprium.

CAP. XII. Quod in eo solo, quod ad contemplationem pertinet, sit trinitas et imago Dei; in eo quod temporalia respicit, sola trinitas, et quod in corporalibus masculi et feminæ figurentur communis naturæ mentis distinctio.

CAP. XIII. Quod ab immoderato progressu in exteriora, mens prolaboratur ab æternorum contemplatione.

CAP. XIV. Quam perniciose relicto communi boso privata querantur.

CAP. XV. Quod animis se, ac corpus suum semper diligat, et quis ordo dilectionis, et quod boni sunt amandi, mali miserandi, et quomodo Deus diligat nos.

CAP. XVI. Quam sit comparabilis primorum hominum prævaricationi mens, quæ ad amorem temporalium sensu trahitur corporeo.

CAP. XVII. Quare noluerit S. Augustinus sequi sententiam eorum, qui mentem pro viro, tenetum corporis pro femina acceperunt.

CAP. XVIII. Quod sapientia non sicut scientiam inflari, et quomodo peccet homo ante sapientiam, et quomodo post; et alia quædam de sapientia.

CAP. XIX. Ostensio sapientie et scieitæ per Scripturæ testimonium.

CAP. XX. Quis vivat secundum trinitatem interioris hominis.

CAP. XXI. Quod anima, etiam deformis et misera, Dei imaginem non amittit.

CAP. XXII. An etiam parvolorum meatus nosse se possint.

CAP. XXIII. Quod mens, nisi cogitando, neque se conspicere.

CAP. XXIV. Quod aliud sit nosse, aliud cogitare.

CAP. XXV. De principali meatis, ubi intuenda est imago summæ Trinitatis.

CAP. XXVI. Quod memoria temporalium prior sit visione eorum et utriusque conjunctio voluntate, quod non est in mente.

CAP. XXVII. Quare trinitas mentis sit imago Dei: et quod omnes homines Deum noscanti naturaliter.

CAP. XXVIII. Quod mens, quæ se odisse dicuntur, semper sui meminunt, semper se intelligit ac diligit.

CAP. XXIX. Quod trinitas hominis, id est mens, et notitia, et dilectio sui, differant a Trinitate, quæ est Deus.

CAP. XXX. Quod cogitatio sit locutio ac visio cordis; et quod hoc verbum nascatur ex illa scientia quam in memoria teneamus.

- CAP. XXXI.** Comparatio nostri verbi, cum Verbo A Dei.
- CAP. XXXII.** Quod nostrum verbum distet a perfecta similitudine Dei Verbi, licet tamen ei simile sit.
- CAP. XXXIII.** De æqualitate Patris et Filii.
- CAP. XXXIV.** Quædam dissimilitudo inter nostrum verbum, et Dei.
- CAP. XXXV.** Quare non dicatur cogitatio Dei, licet dicatur Verbum Dei.
- CAP. XXXVI.** Quod Spiritus sanctus propriè dicatur charitas Dei, licet universaliter sit charitas Pater, et Filius, et Spiritus sanctus.
- CAP. XXXVII.** Quod tota Trinitas operetur etiam quod singulis personis attribuitur.
- CAP. XXXVIII.** Quod magnum sit illud, quo participari potest summa natura.
- CAP. XXXIX.** Quo sicut Verbum Dei comparatur verbo nostro; sic Spiritus sanctus voluntati nostræ.
- CAP. XL.** Quod tria illa que sunt imago Dei, id est memoria, intellectus, et amor, unius personæ sint, nec ipsa sit illa tria: Pater autem et Filius et Spiritus sanctus, licet unus Deus, tres tamen personæ sint.
- CAP. XLI.** Quod Trinitas Dei non sit in uno Deo, sed unus Deus: et quod non sicut unus homo habens illa tria est una persona, ita sit illa Trinitas, sed sint tres personæ.
- CAP. XLII.** Quod qui vident mentem suam, neceam vident esse imaginem Dei, videant quidem speculum, sed non per speculum videant Deum.
- CAP. XLIII.** Quare Spiritus sanctus non dicatur natus, sed procedens.
- CAP. XLIV.** Quod Spiritu sancto non sit unctus Christus, quando baptizatus est.
- CAP. XLV.** Comparatio nostri verbi et voluntatis ad Filium et Spiritum sanctum.
- CAP. XLVI.** De excellentia liberi arbitrii, et de simplici bono.
- CAP. XLVII.** Notantur ii qui Deum querunt in exterioribus, cum sit ipse omnibus interior.
- LIBRI VI.
- CAP. I.** Quod quæcunque prædicantur de Deo substantialiter, de singulis personis et de omnibus dicantur singulariter.
- CAP. II.** Quod Deus sit Trinitas, non triplex.
- CAP. III.** Quod omnes tres personæ non sit aliquid maior, quam una sola.
- CAP. IV.** Quod Deus ideo sit unus, quia est indifferens, et quot modis idem dicatur, vel diversum.
- CAP. V.** Quod Deus nulli sit subiectum, quia est sine materia et forma; et quod nulla forma subjecta sit accidentibus, sed materia ejus.
- CAP. VI.** Quod decem prædicamenta non ita in Deo sicut in cæteris intelligenda sint; et quod substantia, et qualitas ac quantitas idem sint in Deo.
- CAP. VII.** Quod præter hæc tria nullum prædicamentum dicatur de aliqua re secundum ipsam.
- CAP. VIII.** Quod prædications aliæ significant rem ipsam, aliæ circumstantias rei.
- CAP. IX.** Quod relativa præ omnibus non prædicitur substantialiter.
- CAP. X.** Collectio per quam soluta est quæstio; et unde sit unitas, et unde Trinitas, et quod relatio non semper fiat ad differens.
- CAP. XI.** Affirmatio unitatis et pluralitatis testimoniis Scripturaræ.
- CAP. XII.** Quæ nomina singulis personis sint propria.
- CAP. XIII.** Quod Spiritus sanctus semper fuerit, et sit Dei donum: sicut Dei Verbum semper fuit, et est Filius Dei.
- CAP. XIV.** Quod omnia quæ sunt propria nomina relative, dicantur, vel ad se invicem, vel ad creaturam.
- CAP. XV.** Quod quamvis aliquid dicatur Deus ex tempore, et non secundum substantiam, nihil tamen dicatur secundum accidentem.
- CAP. XVI.** Solutio objectionis Arianorum, et quod præpositiones non semper idem significant, cum præponuntur; et quod omne quod participat nomine, debeat quoque re participare.
- CAP. XVII.** Quod omnis res relativa sit aliud aliiquid, unde subsistit, excepta relatione.
- CAP. XVIII.** Quod sit Pater per se sapientia, sicut Filius, quamvis Christus sit sapientia Patris.
- CAP. XIX.** De simplicitate Dei, et multiplicitate creaturæ, et de nomine Dei et laude ejus.
- CAP. XX.** Quare Christus dicatur sapientia Patris, et Spiritus sanctus charitas amborum.
- CAP. XXI.** Auctoritates Patrum, de unitate et diversitate personarum et inenarrabili generatione Verbi Dei.
- CAP. XXII.** De origine personæ.
- B CAP. XXIII.** De diversitate essentiæ, subsistentiæ, substantiæ, personæ.
- CAP. XXIV.** Quid sit persona: et quod aliter in Deo, aliter in cæteris rebus accipiatur persona.
- CAP. XXV.** Quod Deo idem sit esse, et personam esse; et quod non dicatur de eo relative; et quod ideo repertum sit hoc nomen, ut respondeatur, quando queritur, quid tres sint, cum Pater, et Filius, et Spiritus sanctus vere tres dicantur.
- CAP. XXVI.** Quod Deus non propriè dicatur substantia, et quod commodius dicitur tres personæ, quam tres substantiæ.
- CAP. XXVII.** Quod persona in Deo non significet genus, vel speciem, vel individuum.
- CAP. XXVIII.** Quod persona non propriè dicatur de Deo, sed per similitudinem, et quod nullum nomen propriè dicatur de Deo.
- CAP. XXIX.** Responsio ad oppositionem quorundam et quid significet in Deo persona.
- CAP. XXX.** Quomodo intelligat S. Augustinus verba S. Hilarii.
- CAP. XXXI.** Quod non debeat dici, Deus gignit se; et multa de unitate et trinitate Dei.
- CAP. XXXII.** Quod Deus ubique sit.
- CAP. XXXIII.** Quod Deus ubique sit totus.
- CAP. XXXIV.** Quod Deus ubique totus in se ipso sit.
- CAP. XXXV.** Quod Deum quidam cognoscant, et non habeant; quidam vero habeant, nec cognoscant.
- CAP. XXXVI.** Quare Deus dicatur incircumscriplus; et quod Deus ubique sit præsens duobus modis.
- CAP. XXXVII.** Quod Deus nec tempore, nec loco motus moveat spiritum per tempus, corpus vero per tempus et locum.
- CAP. XXXVIII.** Quod Deus in sanctis angelis, tanquam in sede sua præsidens inde se diffundat per cuncta ordinatissimo motu creaturæ; et comparatio, quomodo Dei voluntas sit prima causa omnium que sunt.
- CAP. XXXIX.** Quod voluntas Dei quinque modis accipiat, et omnia posita sint in voluntate Dei.
- CAP. XL.** Quod Deus operatur naturalia et mirabilia.
- CAP. XLI.** Quomodo magi qui fecerunt ranas et serpentes, non fuerant tamen creatores eorum.
- CAP. XLII.** Unde possent tam celeriter facere ranas et serpentes, et de apparitione Dei per assumptionem creaturam.
- CAP. XLIII.** Quod Deus omnia penetret, et operetur ubique, et præsens sit ubique, et neano possit obesse, vel prodesse cuiquam, nisi ipso dante potestatem: et ideo non fugiendum sit a Deo, nisi ad Deum, nec timendum sit, nisi Deus.
- CAP. XLIV.** De patientia et spe in Deum, et de laude Dei

LIBRI VII.

- CAP. I.** Quod si de temporalium purgandi simus a contemplationem aeternorum.
- CAP. II.** Quod Christus ex duabus et in duabus naturis existat, et quomodo beatissima Virgo Maria vere dicatur conjux Joseph, et ipse maritus eius; et quid sit conjugium, et quare sit institutum.
- CAP. III.** Quod Filius Dei toti homini sit conjunctus per spiritum animam, et per animam corpus suscipiens, et contra multas haereses de Christo.
- CAP. IV.** Quod stulte querant nonnulli rationem, quomodo Deus commisus sit homini.
- CAP. V.** Quod Verbum Dei incarnatum non dereliquerit rerum gubernationem.
- CAP. VI.** Quare Christus unus idemque sit Deus et homo; et quare sit de Adam genere, et de semina et virgine natus.
- CAP. VII.** Quare potius Filius, quam Pater vel Spiritus sanctus deberet homini personaliter uniri.
- CAP. VIII.** Quomodo Filius Virginis assumi potuit sine peccato de humani generis massa peccato fermentata.
- CAP. IX.** Quomodo astringantur infantes peccato Adae, cum unusquisque onus suum portet.
- CAP. X.** Quod nullius patris peccatum praeter Adam descendat ad infantes.
- CAP. XI.** In quo noceant peccata parentum animabus filiorum.
- CAP. XII.** Quod juste damnentur infantes pro originali peccato.

- A CAP. XIII.** Quomodo impotentia habendi justitiam excusat infantes post baptismum.
- CAP. XIV.** Quod Christus non intendebat fallere diabolum, sed hominem salvare eo ordine, quo salvari potuit ac debuit.
- CAP. XV.** Rationes, quare homo non potuit satisfacere pro peccato.
- CAP. XVI.** Quare non debeat Deus dimittere peccatum sine satisfactione.
- CAP. XVII.** Quod vita Christi superet omne quod non est Deus, et omne debitum.
- CAP. XVIII.** Qua ratione et illi salvantur per Christum qui eum occiderunt.
- CAP. XIX.** Quod humana natura in Christo nil passa sit contra voluntatem; et quod nemo salvetur, nisi per fidem Christi.
- CAP. XX.** Quam necessaria sit scientia et humilitas.
- CAP. XXI.** De oratione.
- CAP. XXII.** Exhortatio ad orandum per exemplum et institutionem Christi.
- CAP. XXIII.** A quanto malo liberati sumus per Christum, et quantum illi debeamus.
- CAP. XXIV.** Commendatio totius operis; et de ratione dandi et accipieundi.

Incipit opusculum Frowini abbatis in Monte-Angelorum, De laude liberi arbitrii.

CAPITULUM I.

Liberum igitur arbitrium est rationalis voluntas etc.

ANNO DOMINI MCXLVII

ARNULFUS

NOTITIA HISTORICA

(*Hist. litt. de la France*, XII, 292)

Arnoul fut un prédicateur flamand remarquable, dit la Chronique de Gembloux (1), par l'austérité de sa vie, par la singularité de son habillement, par son savoir, et plus encore par le succès de ses prédications. À la publication de la seconde croisade il se sentit inspiré pour aller sur les traces de saint Bernard exhorer les peuples de la France et de l'Allemagne à s'europeler dans cette pieuse milice. Mais comme il ignorait également la langue romane et la tudesque, il prit avec lui Lambert, abbé de Gembloux, qui expliquait au peuple dans la langue du pays ce qu'il disait en latin ou en flamand. Les croisés s'étant partagés les uns pour aller en Palestine, les autres pour aller en Espagne combattre les Maures, Arnoul suivit les derniers, commandés par Arnoul, comte d'Archost. Le principal fruit de leur expédition fut la prise de Lisbonne, qu'ils emportèrent le 21 octobre de l'an 1147. Notre prédicateur envoya la relation de ce siège à Milon, évêque de Thérouanne, dans une lettre publiée par D. Marième au premier tome de sa grande Collection (p. 800-802), sur deux manuscrits, l'un d'Anchin, l'autre de Gembloux. On y voit que l'armée chrétienne, composée de Lorrains, de Flamands et d'Anglais, se rassembla dans l'Angleterre, d'où elle partit le vendredi des Rogations, c'est-à-dire, le 23 de mai sur une flotte de deux cents voiles, qui fut séparée par une violente tempête après quelques jours de navigation. Environ cinquante vaisseaux, sur l'un desquels était monté notre auteur, arrivèrent le 31 mai dans un port d'Espagne nommé Gozzem. Là s'étant reposés pendant trois jours, les croisés se rembarquèrent et abordèrent à un autre port nommé Viver. Ils remirent à la voile le vendredi avant la Pentecôte, et vinrent débarquer au port de Fambre, qui n'est qu'à huit milles de Saint-Jacques en Galice. De là ils se rendirent incontinent à ce lieu si célèbre pour y passer le temps de la solennité. Huit jours après étant remontés sur leurs vaisseaux, ils allèrent attendre le reste de la flotte à Portugal, ville située à l'embouchure du Douro. Pendant onze jours qu'ils restèrent, l'évêque du lieu leur fit fournir abondamment les vivres et les autres choses dont ils avaient be-

(1) *Spic. t. VI*, p. 625.